

Explanatio sancti Thome

autem essendi in macedonia legitur act. 16. vbi dicitur & vir macedo te. **C**onsequenter cu dicit Gratias autem deo te. Nonit profectus sui processus. **E**t circa hoc duo facit. Primo enim describit ordinem sui processus. Secundo excludit ab isto processu pseudo apostolos ibi. Ad hoc quis tam idoneus te. Circa primum duo facit. Primo insinuat profectum quem faciebat. Secundo exponit quoddam quod dixerat ibi. Christi bonus odor te. Circa primum sciendum & apostolus profectum et fructum quem faciebat non a tribuit sibi neque proprie virtutis sed deo. 1. cor. 15. Abudantius omnibus laborant non ego sed gratia te. **E**t ideo dicere Gratias autem deo scz ago. 1. tber. 5. In omnibus gratias agite. Ephe. 5. Gratias agentes te. **C**ui semper triumphat in christo iesu id est triumpfare nos facit in predicatione christi contra aduersarios. **S**i sciendu est & pre dicatores veritatis duo debent facere scilicet exhortari in doctrina sacra. et contradicentes deuincere. et hoc dupliciter. disputatione hereticos. patientia vero persecutores. Unde per ordinem ista tangit hic apostolus. et ideo dicit. Qui triumphat nos quantum ad contradicentes. Rom. 8. In his omnibus superamus. **E**t. 1. macha. 2. Non in fortitudine exercitus victoria belli. sed de celo te. **C**ontra odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco. Quantum ad exhortationem sacre doctrine. Sed odorem noticie sue expedit glo. id est filii suu. sed melius est ut hoc dicatur ad differentiem noticie deo quam faciunt alie scientie & quam facit fides. Nam noticia deo que habetur per alias scientias illuminat intellectum solum: ostendens & deus est causa pma: & est unus et sapientia te. **G**ed noticia deo que habetur per fidem et illuminat intellectum: et delectat affectum. quia non solum dicit & deus est prima causa. sed & est salvator noster. & est redemptor. et & diligit nos. et & est incarnatus pro nobis que omnia affectum inflammat. Et ideo dicendum & odorem noticie sue id est notitia suam suavitatis credenti per nos in omni loco manifestat. quia iste odor longe lateq diffunditur Eccl. 2. 4. **E**go quasi vitis fructificanti te. Gen. 2. 7. **E**cce odor filii mei te. Quia vero aliqui possent dicere quid est odor dei in omni loco. nonne multa loca sunt in quibus non recipitur predicationis nostra. ideo apostolus exponit dicens. Non ergo quia sive recipiant predicationem sive non. tamen noticia dei manifestatur ubi: & per nos. quia sumus boni odor christi deo id est ad honorem dei. et loquitur ad similitudinem legis ubi dicitur & sacrificium fiat in odore suavitatis suauissimi deo. quasi dicit. Nos sumus holocaustum quod offertur deo in odorem suavitatis. **E**t tam in his qui saluti sunt ut scilicet non percant quod est eis a deo. & in his qui pereunt quod est eis ex seipsis. Unde Ps. 13. Perdixio tua israel ex te te. **S**ed est ne odor bonis et malis codemodo? Non sed alia si quidem est odor mortis in morte id est inuidie & malitie occasionaliter ducentis eos in mortem eternam illis scilicet qui inuidiebant bone famae apostoli et ipugnabant predicationem xpi et conversionem fidelium. Luc. 2. Postius est hic in ruinâ et in resurrectione te. Alijs autem odor vite dilectionis & bone opinonis ducentis eos in vita eternam scilicet illis qui gaudent et conuentunt ad predicationem apostoli. 1. cor. 1. Verbum crucis perentibus te. **C**his autem qui salutem te. Sic ergo ex odore apostoli boni vivunt: malo moriuntur. sicut legitur & ad odorem vinearum florulentum moriuntur serpentes. **C**onsequenter cu dicit. Sed ad hec quis tam idoneus te. excludit ab isto profectu pseudo apostolos dicens: Quia et tam idoneus ad ista scilicet que nos apostoli veri facimus. Quia dicit. Nullus ps. Namis honorati sunt amici tui deus. **S**ed contra prouer. 2. 7. Laudette alienus te. Ad hoc respondet gregorius. super ezech. & sancti duplice ex causa seipso lau-

dant et non propter gloriam sua et vanitatem. **P**rima causa est ut non desperent in tribulationibus sicut Job quando amici nitiebant eum ad desperationem inducere reduxit ad memoriam bona sua que fecerat. ut confortatus non desperaret. **A**nde dicebat. Peccatum fedus cu oculis meis te. Legitur etiam de quodam sancto patre & quando tempore probatur de desperatione rechicebat ad memoriam bona que fecerat ut confortaret. quando tempore probatur de subdia reducere ad memoriam mala ut humiliaretur. **S**econda causa est propter virilitatem ut scilicet haberetur in maiori fama et citius crederetur doctrine sue. **E**t propter hanc causam hic apostolus laudat se. Nam coenitib[us] preferabant sibi pseudo apostolos & condonabant eum. et ideo non sic obediebant sibi. Ut ergo non vilipenderent eum sed obdarent sibi p[ro]fert se eis et laudat se et dicit. **S**ed ad hec tam idoneus sicut nos non pseudo. quia licet ipsi dicentes tam adulterant verbū dei quod nos non facimus. Ans de dicit. Non sumus sicut plurimi scilicet pseudo adulterantes verbum dei admiscendo contraria sicut heretici licet confiteantur christum: tamē non dicunt eum esse verum deum. sic faciunt pseudo qui dicunt cum euangelio deberi obseruari legalia. **I**tem non adulterantes verbū dei id est predicantes vel propter questus vel propter fauorem laudis. **S**ic enim mulieres adulterere dicunt quando recipiunt semen ex alio viro ad propagationem prolis. In predictatione autem semen nihil aliud est & finis seu intentio tua vel fauor glorie proprie. **S**i ergo finis tuus est questus si intentio tua est fauor glorie. proprie adulteras verbum dei. Hoc faciebant pseudo qui propter questum predicabant. infra. 4. **N**eque adulterantes verbum dei te. Apostoli autem predicabant neque propter questum neque proprię gloriam proprię. sed propter laude dei et salutem proximi. Et ideo subiungit. **S**ed ex sinceritate id est sincera intentione non pro questu sive admixtione corruptiois. 3. 1. Ex sinceritate te. Ponit autem triplicem rationem huius sinceritatis. **P**rima ratio sumitur ex dignitate mittentis. **N**unc enim veritatis decet vera loqui. **E**t ideo dicit et deo id est illa sinceritate que est digna municio dei. 1. Pet. 4. **S**i quis loquitur quasi sermone dei. Secunda sumitur auctoritate presidentis cui astat. Ideo dicit. Coraz deo coraz & ex sinceritate loqui debemus. 3. reg. 17. **G**loria dominum in cuius conspectu sto te. Tertio sumitur ex dignitate materie de qua loquitur. Nam predicationis apostolorum est de christo. et ideo debet esse sincera sicut et ipse deus et christus. **E**t ideo dicit. In christo solum. non de legalibus vel pseudo faciunt. 1. cor. 2. 2. **N**eque existimauit me scire aliquid inter vos nisi christum et hunc crucifixum.

Incipit capitulum tertium.

Incepimus iterum nosmetipso commendare. Aut nunquid egemus sicut quidam commendatibus epistolis ad vos aut et vobis. Epistola nostra vos estis scripta in cordib[us] nostris quod scitur et legitur ab omnibus hominibus manifestati: quoniam epistola est christi ministra a nobis et scripta non atramento sed spiritu dei viuit: non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus. Fiducia autem talez habemus per xpm ad deum. non & sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis quam ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est.

in epistolā II ad Corīnthios III

Post̄ apostolus suam excusationem posuit in qua bens uolentiam captauit auditorum: hic consequenter p̄sequitur suam intentionē scilicet tractās de ministris noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo esti cōmendat dignitatē bonorū ministrorū. Secundo vero exagerat malitiā malorum ministrorū et hoc a. x. cap. et deinceps. Circa primū duo facit. Primo esti cōmendat ministeriū noui testamenti. Secundo cōmendat vīsū huius ministeriū in alijs exhortando eos ad hoc ibi vi. cap. Adiuuātes autes 2c. Primo cōmendat huiusmodi ministerium noui testamenti ex tribus: ex dignitate. ex vīsu. cap. 4. ibi. Ideo habentes rc. et ex premio. 5. cap. ibi. Scimus aut̄ qm̄ si re. Circa primū duo facit. Primo renouet quādā obiectōs. Secundo cōmendat ministros noui testamenti ibi. Qui et idoneos nos fecit rc. Circa primū sciendū est q̄ aplūs intendit cōmendare ministros noui testamēti quoꝝ ip̄e erat unus. et ideo ne countribū obijerent sibi q̄ in hoc velle cōmendare seipsum statim excludit dicens. Incipim⁹ rc. Abi duo facit. Primo mouet q̄stionē. Secundo ridet ibi. Aut nūq̄d rc. Quæstio sua talis est. Dico q̄ nō sumus adulterantes verbū dei sicut pseuso: sed ex sinceritate sic ex deo. Sed nunquid hoc dicendo: Incipimus iteꝝ nos cōmendare id est dicimus ista vt vobis nostrā gloriam querere t̄ nō dei. Et dicit iteꝝ q̄ in epistola prima cōmēdauerat se satis cū dixit. Ut sapiens architectus rc. Non ergo hoc dicimus: vt queramus gloriam nostram sed dei puerb. 2. 7. Laudet te alienus rc. Huic aut̄ questiōi responder cū dicit: Aut nunquid egem⁹ rc. Et ostendit q̄ non libenter cōmendat se. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ nō indiger cōmendatioēe hominū. Secundo q̄ neq; etiam hoc requirit ip̄e ab eis ibi. Fiduciā aut̄ talez rc. Circa primū duo facit. Primo ostendit q̄ nō indiger cōmendatione eoz ad gloriam p̄petrā. Secundo hui⁹ causam assignat ibi. Epistola nostra vos estis rc. Dico ergo Dico q̄ non incipimus cōmendare nosmetipſos. q̄ nō in digemus cōmendatione. Et hoc est quod dicit. Aut nūquid eugenius nos veri ministri sicut quidam scilicet p̄nus dō cōmendatiōis epistolis id est laudibus missis ad vos abalio aut ex nob̄ alijs missis. Sed contra collo. 4. dicitur. Marchus consobrinus barnabe de quo accepistiſ mandatū rc. Etia legati pape ſemp̄ portant litteras cōmendatiōis. Non est ergo malū. Responsio dicendum q̄ accipere litteras huiusmodi a perfonis famosis vt ſoluz p̄ illas cōmēdetur et honorent quousq; ipſi ex bonis operib; ſuis veniant in notitīa: hoc nō est malū. et hoc faciunt legati pape. Apostolus vero ita iam erat notus t̄ cōmendatiōis apud illos per opera ſua: q̄ non indigebat literis cōmendatiōis. Et ideo statim cauſā huius assignat subdit. Epistola nostra vos est. Quasi dicit. Ego habeo bonas litteras non indigēo alijs. et idea circa hoc duo facit. Primo em̄ ostendit que ſit iſta littera quā habet. Secundo exponit hoc idē ibi. Manifestati rc. Circa primū duo facit. Primo ostendit que ſit illa littera. Secundo ostendit eam esse ſufficientē ad cōmendationē p̄petrā ibi. Scripta rc. Dicit ergo ſic. Epistola nostra vos eſi. l. ep̄la per quā manifestatur dignitas noſtra: qua nos cōmendamur ita vt epistolis alijs non indigēamus. 5. 2. Gloria noſtra vos eſi. Gal. 4. Filioi mei q̄ iterū parturio rc. Circa hec epistola ē ſufficientē: Ita quia ſcripta rc. Abi duo tangū ſufficientiam litterarū huiusmodi cauſā. Unū est q̄ intelligatur et ſciatur ab eo pro quo mittitur. alias adhuc quereret niſi ſciret ſe eam habere. Et c̄tuz ad hoc dicit. Scripta in cordibus noſtris. quia ſemper vos habeamus in memoria: habētes de vobis ſpecialē curā. P̄bit. 1. Eo q̄ habeam vos rc. Secundum eſt q̄ ille cui mitteret legat et ſciat eam. alias non curaret de cōmendatiōe eius.

Et q̄tum ad hoc dicit. Que ſciat et legitur ab omnibus hominibus. Noſtra in q̄. quā per nos instituti eis et couerſi. Legitur autē quia exempla noſtri eis alij imitantur vos. Abi. 2. Scribe vīſum et explana eū ſuper tabulas: et percurrat q̄ legerit eum. Quonodo autē ſciat hec epistola exponit dicens: Manifestari re. Et circa hoc tria facit. Primo exponit cuius ſit hec littera. Secundo quo modo ſit ſcripta. et tertio in quo. Cuins autē ſit ſic oſte dicit quia xp̄i. Et ideo dicit. Manifestari quoniam eis xp̄i id ē a christo informati et instructi ſciliſ. principaliter et auſcoritati. Mat. 23. Unus eſt magiſter veſter. Sed a nob̄ ſecundario et instrumentaliter. Et ideo dicit. Ministrata a nob̄. 1. cor. 4. Sic nos exiſtēt homo rc. 1. cor. 3. Quid igitur cephas rc. Quonodo at ſit ſcripta oſte dicit q̄ nō atramentū id eſt non admittat erroribus ſic p̄ficio. non mutabilis et imperfecta ſicut vetus let quia neminem ad perfectum adduxit. Heb. 7. Nam atramentū nigrum eſt per quod intelligunt error et deſeble per qd in telligit mutabilitas. Nō in q̄ ſit atramentū eſt ſcripta ſi ſpiritu dei vivi id eſt ſpiritus sancto qui vivit et qui docecente instructi eſtis. Ephē. 1. In q̄ ſignati eſtis rc. Et Abi autem ſit ſcripta infinitū ſubdens. Non in tabulis lapideis ſit lex veꝝ ut excludat duriciē. Quasi dicit. Nō in lapideis cordib; habentibus duriciē ſicut iudei. Act. 7. Dura cernice rc. Sed in tabulis cordis carnaliib; id ē in cordibus lautis ex charitate. et carnalibus id eſt molibus ex affectu implendi et intelligendi. Zechie. 36. Iuſferam a vob̄ coꝝ lapideū rc. Fiduciā autē tale rc. Apoſtolus ſupra excusat ſe q̄ non querebat gloriam ſuam quia non indigebat ea: hic vero probat hoc quia ipſe nō querit gloriam propriam. immo omnia bona que facit nō attribuit ſibi ſed deo. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ atribuit omnia bona que habet et facit deo. Secundo cauſam huius assignat ibi. Non q̄ ſufficiētēs rc. Dicit ergo primo. Dico q̄ non egenus epiftolis cōmendatiōis. et q̄ vos eſtis epiftola noſtra ministrata a nob̄. Nec eſtis querimus gloriam noſtrā ſed christi. et fiduciā ſale ſit id ē dicendi talia. Habetus ad deum id eſt referimus in deo. Vel fiduciā ſit tendētē in deo ex cuīs viribus hoc dico. quia ipſe in me operatur. quā quidez fiduciā habem⁹ per christum per quem accessus habemus ad patrem ut dicitur Romano. 5. Qui vniuit nos deo. Terc. 17. Benedict⁹ vir rc. Et quia virtus deo per christum habeo hanc fiduciā. p̄s. Fiduciāliter agim rc. Causa autē huius fiduciā ſit ea. eſt quia quelequid ego facio etiam ipm principiū opes deo attribuo. Et ideo dicit. Non q̄ ſufficiētē ſim⁹ cogitare ſaltem non ſolum dicere vel implere. Nam in quo liber processu operis primo eſt aſſenſus qui ſit cogitando deinde collatio per verbū et poſtmodū implatio p̄ opus. unde ſit vt ſi neq; cogitare quis a ſe habeat ſed a deo. non eſt dubium q̄ non ſolum perfectio operis boni eſt a deo: ſed etiā inchoatio. P̄bit. 1. Qui cepit in vob̄ opus bonū rc. Et hoc eſt contraria pelagiā ſi dientes q̄ ſechoatio bo ni operis eſt ex nob̄ ſed p̄fectio eſt a deo. Isa. 26. Omnia opera noſtra rc. Sed ex hacne videatur tollere libertatem arbitrij dicit: A nob̄ quā ex nob̄. Quasi dicit. Posſum quidem aliquid facere quod eſt liber arbitrij. ſed hoc quod facio non eſt ex me ſed a deo. qui hoc ipsū poſſe coſſert ut ſic et libertatē hominis defendat cum dicit. A nob̄ id eſt a noſtra parte. et diuinam gratiam cōmendat cum dicit. Quasi ex nob̄ ſciliſ procedat ſed a deo. Hoc etiam philosophus vult q̄ nūq̄ homo per libe rum arbitrium potest quoddam bonum facere ſine adiutorio dei. Et ratio ſua eſt. quia in his que facimus querendum eſt illud propter quod facimus. Non eſt autē p̄cedere in infinitū ſed eſt deuenire ad aliquid puta ad cō

Explanatio sancti Thome

Allum Sic ergo hoc bonum facio quia consilium mihi in est ad hoc. et hoc est a deo. Unde dicit q̄ consilium boni est ab aliquo quod est supra hominem mouens eū ad bene operandum. Et hoc est deus qui et homines mouet et omnia que agunt ad actiones suas. sed aliter et aliter. Cum enī huiusmodi motus sit quoddam receptū in moto. oportet q̄ hoc fiat sicut modus sue nature id est rei mo te. Et ideo omnia mouent sicut suas naturas. Ea ergo quorum natura est vt sint libere voluntatis dominum suarum actionum habentia mouer libere ad operationes suas sicut creaturas rationales et intellectuales. Alia autē nō libere sed sc̄m modum sue nature. liceat autem non sim sufficietes cogitare aliquid a nobis tanquam ex nobis. tamen habemus aliquā sufficientiam quia sc̄ilicet boni possimus velle et credere incipiamus. et hoc a deo est. 1. cor. 4. Quid habes quod non accepisti rc.

Lectio secunda.

Qui et idoneos non fecit ministros noui testamenti. non littera sed spiritu. Littera enim occidit. spiritus autem vivificat. Si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus: fuit in gloria: ita vt non possent intendere filii israel s̄ faciem moysi propter gloriam vultus eius que euacuatur. quōd non magis ministratio spiritus erit in gloria. Nam nec glorificatū est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriam est multomagis quod manet in gloria est.

Commendato ministerio noui testamenti hie consequē ter commendar ministros eius. Et primo ponit duo que respondent verbis premissis. Premerat enim donum a deo acceptum cum dixit. Sufficientia nostra rc. Et si duciam ex dono conceptam cum dixit. Fiducias talē rc. Primo ergo determinat ea que pertinent ad donū perceptū. Secundo ea que ad fiduciam conceptā ibi. Ha bentes igitur talem rc. Circa primum tria facit. Primo ostendit donum a deo susceptum sc̄ilicet ministeriū noui testamenti. Secundo describit noui testamentū ibi. Non littera sed spiritu. Tertio ex dignitate noui testamenti ostendit dignitatem ministrorum eius ibi. Si ministratio rc. Dicit ergo. Dico q̄ sufficientia nra ex deo est. qui et fecit nos idoneos ministros noui testamenti. Esa. 61. Ministri dei nostri dicetur vobis. Et in hoc tenemus locum angelorum p̄s. Qui facit angelos rc. Sed non solum fecit nos ministros sed idoneos. De enī cuius rei dat ea per quae possit consequi p̄fectionē sue naturae. Unde quia deus constituit ministros noui testamenti dedit et eis idoneitatem ad hoc officium exercendū: nisi sit impedimentū ex parte recipientū. 5. 2. Et ad hec q̄s tam idoneus sc̄ilicet sicut apostoli a deo instituti. Hoc autem nouum testamentū quid sit describit subdēns: Non littera rc. Et describit ipsum & quā ad duo sc̄ilicet & tūz ad illud in quo consistit et & tūz ad causam p̄pter quā datum est ibi. Littera enī occidit rc. Circa primum sciendum est q̄ apostolus loquitur profunde. Dicitur enim Ie. 31. Feriam domui israel et domui iuda fedus nouuz non s̄m paciū quod pepigi cum patrib⁹ vestris. Et post habo legem mēā in viceribus cor. et in corde eoꝝ suꝝ prescribam eam rc. Tertius ergo testamentū scribitur in libro postmodum sanguine alpergendo vt vicietur heb.

9. Accepit sanguinem et alpergit librum rc. Dicens hic est sanguis rc. Et si patet q̄ vetus lex est testamentū litera. sed nouum testamentum est testamentū spiritus sicut qui charitas dei diffunditur in cordibus nostris. vt dicitur Romano. 5. Et sic dū spiritus sanctus facit in nobis charitatem que est plenitudo legis est testamentum nouū nō littera id est per litteras scribendū. sed spiritu id est per spiritum qui vivificat. Romano. 8. Lex spiritus vite id est vivificant. Causa autē q̄e datum s̄t nouum testamentū per spiritū subditur. Nam littera occidit occasionaliter. Nam littera legis dat solum cognitionem peccati. Romano. 3. Per legem enī cognitionē peccati. Ex hoc autem q̄ cognoscō peccatum solum duo sequuntur. Nam lex dū per eam cognoscitur non reprimit concupiscentiā sed magis occasionaliter angere: in qua concupiscentia feruentius fertur in rem prohibitā. An de huiusmodi cognitionē nondū destructa causa concupiscentiae occidit. hinc vero addit prevaricationē. Nā gravis est peccare contra legem scriptū et naturale simile & contra legem naturalē solum. Romano. 7. Occasione accepta non data peccatū rc. liceat autē occasionaliter occidat inq̄rātū sc̄ilicet auger concupiscentiā & addit p̄ varicationē non tamē est mala lex vetus. quia admīnus prohibet mala. Et tamē imperfecta inq̄rātū non remonet causaz. Est ergo lex sine spiritu. interiorū ipsimē legem in corde occasio mortis. Et id necessariū fuit dare legem spiritus qui charitatem in corde faciens vivificat. Job. 5. Spiritus est qui vivificat. Consequē ex his ostendit dignitatem sui ministerij. Et circa hoc duo facit. Primum ostendit q̄ ministeriū noui testamenti preferitur ministerio veteris testamenti. Secundo q̄ non solū preferitur. sed q̄ ministeriū veteris testamenti quasi nihil habet de gloria in coparatione ad nouum ibi. Nam nec glorificatū est. Circa primum duo facit. Primo ostendit q̄ ministerium noui testamenti preferit veteri. Secundo rationem huius assignat ibi. Nā si ministeriat rc. Circa primum sciendum est q̄ apostolus argumentat ex hoc quod habetur Erod. 2.4. ubi littera nrā habet q̄ moles habebat faciem cornuta ita q̄ non possent rc. Aliā littera habet faciem splendidam quod melius dicitur. Nō enim intelligendū est ei habuisse cornua ad litteram sicut quidaꝝ ēū pingunt. sed dicitur cornuta propter radios qui videbantur esse quasi quedam cornua. Arguit autem ex hoc sic. Et primo per unum simile et est locus a minori. Constat enim q̄ si aliquid quod minus est habet aliquid de gloria q̄ multomagis illud quod est maius. Sed vetus testamentum est minus q̄ nouum cum ergo illud fuerit in gloria ita vt non possent rc. videatur q̄ multomagis nouum est in gloria. q̄ autem vetus testa mentum minus sit nouo. probat triplicē. Primo q̄rum ad effectum. quia illud est testamentū mortis istud vite vt dictum est. Et quartum ad hoc dicit q̄ similitudinē mortis id est vetus que est occasio mortis. et hoc responder ei quo dicitur littera occidit rc. Secundo quantū ad modum tradendi quia vetus fuit tradita littera ī tabulis lapideis. noua vero fuit impressa spiritu in cordibus carnalibus. et hoc innuit ei dicit. Litteris deformatā id est perfecte formata ī lapidibus id est ī tabulis lapideis. Et hoc respondeat ei quo dicitur Non littera sed spiritu rc. Tertio quantū ad p̄fectionem. quia gloria veteris testamenti sine fiducia est. quia neminem ad perfectum adduxit lex. In novo vero est gloria cū spe melioris glorie sc̄ilicet sempiterne. Esa. 51. Salus mea ī sempiternū erit. Et hoc innuit cum dicit: Quae euacuatur. Gal. 5. Q̄ si circumcidimini christ⁹ nibil rc. Cōclusio ponitur ei dicit Quōd non magis. quod planū est

in epistola II ad Corinthios III

Horum autem ratione assignat consequenter cui dicit. **N**on ministerio, &c. Et est ratio sua talis. Gloria magis debetur iusticie quam damnationi: sed ministerium noui testamenti est ministerium iustitiae quia iustificat interiori vivificando. Ministerium autem veteris testamenti est ministerium damnationis occasionaliter supra eodem. Littera occidit spiritus autem vivificat. Cum ergo ministerio damnationis, i.e. ministerio veteris testamenti que occasionaliter est cum damnationis ut dictum est: in gloria que apparet in facie moysi consonat & multo magis abundat in gloria id est dare abundantem gloriam ministerii eius ministerio iustitiae. id est noui testamenti per quod datur spiritus per quem est iustitia et consumatio virtutum. Proverbi. 3. Sapienties gloria possit debere. Confuerunt in hoc loco fieri questiones de comparatione et moysi et pauli. sed si recte consideremus verba apostoli non sunt necessaria quia hic non sit comparatio persone ad personam ministerii ad ministerium. Sed quia possent pliudo dicere quod licet maius ministerium sit noui testamenti quam ministerium veteris testamenti non est multi magis et iuste bonum est quod illi ministerio et isti intendamus quod in faciebat quod similius iurabat legalia cum evangelio. Ideo hic consequenter apostoli hoc improbat cui dicit. Nam nec glorificatum est. Et circa hoc duo facit. Primum enim ostendit quod ministerium noui testamenti absque aliqua comparatione excedit ministerium veteris. Secundum ceterum huius assignat ibi. Si enim quod euacuat. Dicit ergo. Dixi quod ministerium iustitiae abundat in gloria. et in tantum quam gloria veteris ministerij non est dicenda gloria quam nec glorificatum. Et quod duplum exponit. Primo modo sic. Quia nec. Et. illa gloria nihil est in comparatione ad istam noui testamenti quia illa gloria non est oibus ministris collata. sed solius moysi. et non claruit in toto moysi sed in parte. I.e. in facie soli particularis. Et iuste glorificatus est. et. nec glorificari debet propter excellentem gloriam. I.e. comparatione excellens glorie noui testamenti que abundat gratia ut per ea purificati homines possente videantur non gloriosi homines sed vel. Secundo modo ut puncetur sic. Nec glorificatus est quod claruit. Quasi dicat. Nam in hac parte. I.e. in respectu huius naturae particularis qui sumus serui non est glorificatum. I.e. non gloriosum illud quod claruit in veteri testamento et hoc propter excellentem gloriam que est in nouo. quia illa est gloria dei patris. Huius autem causam assignat consequenter cum dicit. Si enim quod euacuat. Et est ratio sua talis. Illud quod datur ut transeat nibil est in respectu ad illud quod datur ut semper maneat. Si ergo testamentum verius quod euacuat tollitur. pro Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est euacuabitur. Et per gloriam eius moysi ministerium saltem per particularis gloriam constat quod testamentum nouum manet quod hic inchoatur et perficitur in patria. Luk. 21. Ceterum et terra transibuntur: verba autem mea non transibuntur. Erit multo magis in gloria eterna in qua perficietur. Erit inquit nobis qui sumus huius ministerii.

Lectio tertia.

Dabentes igitur talem spem multa fiducia videntur. Et non sicut moyses ponebat velamen super faciem suam ut non intenderent filii israel in facie eius quod euacuatur sed obtutus sunt sensus eorum. Usque in hodiernum diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum. quod in christo euacuatur. sed usque in hodiernum diem cum le-

gitur moyses velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad deum auferetur velamen. Dominus autem spiritus est. ubi autem spiritus domini ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriam dominum speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritate tanquam a domini spiritu.

Positis his quod pertinent ad comedationem donis perceptis a deo hie consequenter ponit ea quod pertinet ad comedatores fiducie de ipso dono cocepit. Circa hoc autem duo facit. Primum ponit fiduciam ex dono coceptam. Secundo vero coprat fiduciam veteris et noui testamenti ibi. Et non sicut moyses. Dicit ergo primum. Habebet igitur talis spem ex hoc. scilicet quod nobis dicitur est secundum videtur gloria dei. Ro. 8. Specie facti sumus. Multa fiducia videntur. I.e. confidenter operamur ea que pertinent ad ultimum huius ministerii ex quo crescit nobis spes. Proverbi. 28. Justus quasi leo confidens absque terrore erit. Iere. 17. Benedictus vir qui confidit in domino. Consequenter sicut pretilit donum dono ita preterit fiduciam noui testamenti fiducie veteris testamenti cum dicit. Et non sicut moyses et. Et ei res hoc duo facit. Primo proponit factum in veteri testamento. Secundum exponit ibi. Quod euacuat. Et. Factum autem quod proponit legit Ex. 24. ubi dicitur. Quod moyses quando loquebatur ad populum velabat faciem suam quod propter claritatem vultus eius non poterant respicere in eum filii israel. Et ideo dicit. Et non sicut moyses et. quasi dicat. Dico quod videntur fiducia et tanta quod non accedit nobis sicut moyses faciebat eis. I.e. non velando faciem suam populo: quod nodum venerat tempus reuelandi claritatem veritatis. Habemus ergo nos fiduciam absque velamine. Consequenter exponit hoc quod dixerat de velamine dicens. Quod euacuat et. Velamine enim illud erat obscuritas figurarum que per christum euacuata est. Et circa hoc tria facit. Primum enim ponit euacuationem huius velaminis. Secundo quomodo hec euacuatio haberet locum in iudeis ibi. Sed obtutus et. Tertio quomodo non haberet locum in misericordia noui testamenti ibi. Nos vero reuelata et. Dicit ergo. Quod moyses ponebat velamine. I.e. figura sub facie suam. quod. I.e. velamen euacuat. I.e. tollit per christum. I.e. implendo in veritate quod moyses tradidit in figura: quod osa in figura contingebant illis. Sic enim christus per mortem suam removit velamen de occidente agni pascalis. Et ideo statim cum emisit spiritum velum templi scissum est. Item in mittendo spiritum sanctum in corda credentium ut intelligerent spiritualiter quod iudei carnaliter intelligunt. Et hoc velamine removit cum aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. Luk. 19. Qualiter autem effectus habeat in iudeis hec enas quartu oportet dicens. Sed obtutus. Et circa hoc duo facit. Primum omnibus dicit quod removit ab illis non fuit in statu infidelitatis. Secundum ostendit quod removetur in eorum conuersione. ibi. Cum autem conuersus fuerit. Et. Circa primum duo facit. Primo ostendit rationem quare hec euacuatio non habet effectum in iudeis. Secundo ex hoc ostendit eos adhuc habentes velamine ibi. Sed usque in hodiernum diei et. Dicit ergo quod euacuatur in his qui credunt: sed non quantum ad iudeos infideles: et ideo huius est: quod obtutus sunt sensus eorum. I.e. non habent sensus eorum imbecilles et obtutus sunt. nec possunt videre claritatem domini luminis. I.e. oblitio veritatis absque velamine figuratur. Et huius ratione claudunt oculos ut non videant quod velum templi scissum est. Et ideo est ex eorum culpa infidelitatis non ex defectu veritatis quia remoto velamine oibus aperientibus oculos mentis

Explanatio sancti Thome

per fidem clarissime manifestatur. **Ro. xi.** **C**ecitas ex parte contingit in israel. **Jo. 9.** In iudicium veni in hunc mundum. **rc.** **S**ic enim prophetauerat **Esa. 6.** cap. **E**xceca cor populi huius. **rc.** **E**t vere in tantum obtutu sunt sensus eorum ut veritatem nobis manifestata vobis in hodiernu diem non intelligent. **S**ed id ipsum velamen quod erat in veteri testamento ante velum templi scissus est in lecture veteris testamenti: quia non aliter intelligunt illud: et ante quia adhuc innuit figuris ut veritate non revelent. id est non intelligent sic velamen dei non figuraz sed veritatem credunt quod scilicet evanescatur quantum ad fidèles et quantum in se est omnibus per Christum. I. in fide Christi sed in eis non manet: quod non credunt venisse Christum. **C**onsequenter cum dicit. **S**ed vobis in hodiernu die. **rc.** ostendit quomodo adhuc apud iudeos est velamen quantum ad fidèles licet remotu sit per Christum. Circa quod sciendus est quod velamen dicit apponit alicuius duplicitem. **A**utem quod apponitur rei vise ne possit videri. **A**utem quia apponitur vi denti ne videat: sed iudeis in veteri lege viroqmodo appositi erat velamen. **B**am et corda eorum exectata erat ne cognoscerent veritatem: propter eorum duricie: et vetus testamentum nondum completum erat quia nondum veritas venerat. **A**nde in signum huius velamenti erat in facie Moy si et non in faciebus eorum sed veniente Christo velamen in removunt est a facie Moysei id est in veteri testamento: quia iam plenum est: sed tamen non est remotu a cordibus eorum. **E**t hoc est quod dicit. **S**ed vobis in hodiernu die. **Quasi** dicat auctor est a fidelibus veteris testamenti velamen. **S**ed adhuc cum legitur Moyse. id est cum exponit eos vetus testamentum. **Act. 15.** **M**oyse a temporibus antiquis habet in singulis clivitibus qui cum predicent in synagogis. **V**elamenti. I. cecitas est positu super cor eorum. **Ro. ii.** **C**ecitas est pte contingit. **rc.** **Q**uando autem quod modo remouet ab eis illud velamen ostendit consequenter cum dicit. **C**um autem conuertere. **rc.** **E**t primo describit modum remouendi hoc velamen. **S**ecundo rōnezy huius redit ibi. **D**omini autem spiritus. **rc.** **D**icit ergo quod illud velamen adhuc est in eis sed non quia vetus testamentum sit velatum sed quia corda eorum velata sunt. **E**t ideo ad hoc ut remoueatibilis restat nisi et conuertantur: hoc est quod dicit. **C**um autem conuersus fuerit scilicet aliquis eorum ad deum per fidem in Christum ex ipsa conuersione austrietur velamen. **Ela. 10.** **E**t licet conuertentur et hoc idei habeat. **Roma. ii.** **L**et nota quod cum ageret de cecitate loquitur in plurali. **A**nde dicit. **S**up corda eorum: cum vero loquitur de conuersione loquitur in singulari dicens. **C**um autem conuertitur ostendat eorum facilitatem ad malū et difficultatem ad bonum quasi pauci conuertantur. **R**atio autem quare conuertantur et velamen remouetur hoc modo est: quia deus vult. **P**osset enim dicere et velamen illud appositi est ex precepto domini: et ideo non potest remoueri. **S**ed apostolus ostendit quod non solum potest remoueri: imo quod remouetur per eum qui est dominus: et hoc est quod dicit. **Dominus enim est.** **rc.** **N**on potest dupliciter legi. **Uno** modo ut spiritus teneat ex parte subiecti: ut dicatur: spiritus. I. spiritus sanctus scilicet qui est auctor legis est dominus id est operatur ex proprio libertatis arbitrio. **Io. 3.** **S**piritus vobis vult spirat. pte. **Cor. 12.** **D**ividens singulis prout vult. **T**ibi autem spiritus dei ibi libertas. **Quasi** dicit. **Q**uia spiritus est dominus: potest dare libertatem ut possimus libere vti scriptura veteris testamenti absque velamine. **E**t ideo qui non habet spiritum sanctum non possunt libere vti. **Gal. 5.** **C**los in libertate vocati existis. I. **P**et. 2. **Q**uasi liberi et non quasi velamen habentes malicie libertatem. **Z**ilio modo ut per dominum intelligatur Christus: et tunc legitur sic. **D**ominus id est Christus est spiritus id est spiritus dei potestas: et ideo vobis est spiritus domini. **Ro. 8.** **Q**uicumque spiritu dei aguntur. **rc.** pte. **S**piritus tuus bonus deducet. **rc.**

spiritualiter intellecta non scripta litteris sed per fidem cordibus impressa: ibi est libertas ab omni impedimentoem vel laminis. **C**Sciendum natum est occasione istorum verborum scilicet ubi spiritus domini ibi libertas et illorum scilicet iusto lex non est posita aliqui erronee dixerunt et viri spirituales non obligantur preceptis legis diuinae. **S**ed hoc est falsum: nam precepta dei sunt regula voluntatis humanae. **N**ullus autem homo est nec etiam angelus cui voluntatem non oporteat regulari et dirigiri lege diuina. **U**nde impossibile est aliquem hominem preceptis dei non subdi. **H**oc autem quod dicitur iusto lex non est posita. exponitur. id est propter iustos qui interior habitu mouentur ad ea que lex dei precipitat: lex non est posita sed propter iniustos non quin etiam iusti ad eam teneantur. **E**t similiter ubi spiritus domini ibi libertas intelligitur quia liber est qui est causa sui. seruus autem est causa domini: quicunque ergo agit ex seipso liber est: qui vero ex alio motu non agit liber. **I**lle ergo qui vitat mala non quia mala sed propter mandatum domini non est liber: sed qui vitat mala quia mala est liber. **H**oc autem facit spiritus sanctus qui mentem interioris perficit per bonum habitum: ut si ex amore caueat ac si preciperet lex diuina. et ideo dicitur liber non quin subdatur legi dominis: sed quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciendum quod lex diuina ordinat. **¶** **E**ninde cum dicit. **N**os vero omnes. **rc.** ostendit quomodo christi fideles sunt omnes liberi ab hoc velamine. **D**icit ergo. **P**ropter quod ab illis auferuntur velamen hoc: cum aliquis conuersus fuerit sic nos non aliquis sed omnes qui sumus Christi fideles. **Luc. 8.** **T**obias datus est. **rc.** **C**onuela facie non habentes velamen supra cor sicut illi: et intelligitur per facies cor leuis: quia sicut per faciem videt quis corporaliter ita per mentem spiritualiter. pte. **C**onuela oculos meos te. **¶** **Gloriam domini non Moyse: gloria enim significat claritatem et dicit Augustinus. **J**udei autem videbant quandam gloriam in facie Moysei ex hoc quod locutus est cum deo sed tecum gloria est imperfecta: quia non est claritas ex qua ipse deus est gloriosus: sed hoc est cognoscere ipsum deum. **E**t gloriam domini: id est filii dei. Proverb. 10. **Gloria patris filius sapientia. rc.** **S**peculatorum non sumunt hic a specula sed a speculo. id est ipsi deo gloriosum cognoscentes per speculum rationis in qua ei quedam imago ipsius et hoc speculum quando homo ex consideratione suipius affluit in cognitionem aliquam de deo transformatur. **C**um enim omnis cognitionis sit per assimilationem cognoscens ad cognitionem oportet et qui vident aliquo modo transformatur in deum. **E**t siquidem perfecte vident perfecte transformantur sicut beatи in patria per fructus unitem. pte. **Job. 3.** **C**um autem apparuerit. **rc.** **S**i vero non perfecte: imperfecte sicut hic per fidem. pte. **Cor. 13.** **A**dsumus nunc per speculum et in enigmate. **E**t ideo dicit. **I**n eandem imaginem id est sicut videm. **¶** **T**ransformamus in quod claritatem in claritate in quo distinguuntur triplicem gradum cognitionis in discipulis christi. **P**rimus est a claritate cognitionis naturalis in claritate cognitionis fidei. **S**ecundus est a claritate cognitionis veteris testamenti in claritatem cognitionis gratiae nouae testamenti. **T**ertius est a claritate cognitionis naturalis et veteris et noui testamenti in claritatem visionis eternae infra. **4.** **L**icit is qui foris est. **rc.** **S**ed unde est hoc? Non ex littera legis sed tanquam a spiritu domini. **Ro. 8.** **Q**uicumque spiritu dei aguntur. **rc.** pte. **S**piritus tuus bonus deducet. **rc.****

¶ Incipit capitulum quartum